1514

BVLLA Sanctissimi Domini Nostri Clementis. VII. Pont. Max. prohibitiua Duellorum & singularium Certaminum sub grauissimis poenis.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Consueuit Romanus Pontifex ex apostolicæ sedis prouidentia, ad reprimẽdum nepharios conatus peruersorũ contra canonicas sanctiones & mãdata Apostolica in suarum & aliorũ animaꝶ periculũ ac dictæ sedis contemptum temere tendentiũ, gesta prædecessoꝶ quandoq; innouare ac innouata confirmare & apostolico munimine roborare prout in domino conspicit salubriter expedire. Sane dudum felicis recordationis Iulius PP. II. prædecessor noster motu proprio duellorum & gladiatorũ usum per suas literas damnauit & improbauit ac in terris sanctæ Ro. Ecclesiæ mediate uel immediate subiectis per quoscũq;, quauis authoritate & potestate ac nobilitate fulgentes sub excõmunicationis latæ sententiæ pœna ex quacũq; causa, etiam a Legibus permissa fieri omnino prohibuit. quasquidẽ literas postmodũ piæ memoriæ Leo PP. X. prædecessor noster & secũdum carnem frater patruelis pro illarum maiori robore per suas literas cum literarũ Iulii prædecessoris huiusmodi de uerbo ad uerbum insertione innouauit, prout in eisdẽ literis

quas p̄sentibus de uerbo ad uerbum inseri fecimus ple nius continetur. Nos igitur cupientes literas p̄dictas pro Christifidelium animarum, & corporum salute ac tranquillitate inuiolabiliter obseruari, Motu proprio & ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis pleni/tudine literas p̄decessoris huiusmodi, authoritate apo/stolica tenore p̄sentium approbamus & innouamus ac p̄sentis scripti patrocinio cōmunimus, decernētes illas cū omnib. & singulis in eis contentis clausulis plenum firmitatis robur obtinere ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari & per Executores in illis deputatos aduersus contrafacientes ad executionem pœnarū procedi de/bere, Non obstātibus constitutionibus & ordinationi/bus apostolicis ac omnibus illis quæ dicti p̄decessores in dictis eorum literis uoluerunt non obstare, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Tenor uero literarum prædi/ctarum sequitur, & est talis. Leo Episcopus seruus ser/uorum Dei ad perpetuā Rei memoriam. Quam Deo & hominibus abhominabiles uiri pugnantes in duello existant, & omnium in ore uersatur & diuina humanaq; iura attestantur, nec immerito, cū non solum corporū sed etiam eorum animarū pro quibus Saluator noster Iesus Christus dei filius mortem subiit temporalē, gra/ue detrimentum afferre noscantur. Ad reprimendum igitur talium nepharios ausus plurimum conferre cen sentes, eos qui huiusmodi scelus detestabile quidem & canonica, ciuiliq; lege prohibitum patrare non expaue scunt grauiter fore puniendos, ea quæ ad compescen/dum similes uetitos conatus a Romañ. Pontificibus

prædecessoribus nostris statuta fuerunt, ut eo firmius obseruētur quo sæpius fuerint authoritate apostolica communita, approbamus, & nouo munimine roboramus, & si qua ad perterrendū animos audaces meliora sint, hiis adiicimus prout in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem a fœlicis recordationis Iulio PP. II. pdecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis uidelicet. Iulius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam Rei memoriam. Regis pacifici qui regnat in cœlis, licet insufficientibus meritis uices gerentes in terris cunctorū fidelium statui prout ex susceptæ seruitutis tenemur officio indefessa solertia intendentes, ac animarū periculis obuiare cupientes ad ea per quæ ubiq; præsertim ī terris Romañ. Ecclesiæ sponsæ nostræ subiectis inter fideles eosdē, cædes, rixæ, & contentiones cessent, scandalorum tollantur fomenta, pax & concordia uigeant, prosperisq; eorū successibus cōsulatur, oportunæ prouisionis operam impendimus prout in domino cōspicimus salubriter expedire. Sane nō sine maxima animi nostri perrurbatione accepimus quod nonnulli fidelium prædictorum inimico humani generis instigante & aliquibus causis occurrentibus, & plerūq; minimis & inhonestis ac leuibus uerbis ad contumelias contentiones & diffidationes deuenientes, ut alter alterius sanguine sacietur, ad tēporales principes, & dominos maxime ciuitatū, terrarum, & locorum sedi apostolicæ subiectorū confugiunt, ut eis locum tutū siue campū ad duellum seu pugnandum assignent, & quāuis Principes & domini

præfati duellum, seu pugnam eis dissuadere & prohibere deberent, tamen plerũq; locum aut campum tutũ huiusmodi assignant, maliuolumq; altercãtium propositum ad executionem augent, magisq; uni quam alteri fauent, ex quo hominum mortes repentinæ, & nisi diuina gratia pueniantur, animarum perditiones, mutilationes & uulnera inter astantes pugnantium animos, odia & altercationes, & ex uno inconuenienti plura oriuntur in ipsorum fidelium animarum & corporum periculum, generisq; humani præfati iacturã, pernitiosum exemplum & scandalum plurimorũ. Nos igitur qui fidelium pdictorum tranquillitatem & pacem synceris desyderiis exoptamus, saluberrimis Christianæ religionis documentis & exemplis deum tentandum non esse præmoniti, Saluatorisq; domini nostri Iesu Christi qui Petro Apostolorum principi, ut gladium mitteret in uaginam mãdauit, pceptis edocti, attendentes hominẽ homini inter quos cognationem quandam natura constituit insidiari nephas, & gladiatoria munera & purgationes huiusmodi uulgares a religionis nostræ pietate damnari, cruentaq; spectacula a sacris canonibus & imperialibus legibus inhibita & improbata sicq; pugnantes infamia notari & diuersis pœnis puniri, & cũ omni tempore potissimũ tamẽ in ocio ciuili & domestico, quiete publica detestanda esse, Motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera deliberatione & ex certa sciẽtia hac in perpetuum ualitura constitutione, duellorum & gladiatorũ huiusmodi usum damnamus & improbamus

& in terris Romañ. Ecclesiæ mediate uel immediate subiectis per quoscũq;,quauis authoritate & potestate ac nobilitate fulgẽtibus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna,ex quacũq; causa etiam a legibus per/missa fieri omnino prohibemus, dictosq; pugiles tali/ter pugnãtes ubiq; impune capi posse & puniri pro homicidio uel uulnere iuxta iuris cõmunis dispositionẽ nulla eis consuetudine suffragante, statuimus, corpora quæ in duello in terris Ecclesiæ mediate uel immediate subiectis facto morientium in sacro sepeliri prohi/bentes sub simili excõmunicationis pœna & interdicti eccl'iastici omnibus & singulis utriusq; sexus Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Domicellis, Baronibus & aliis tẽporalibus dominis, Vicariis, Cõmunitatibus & uniuersitatibus ciuitatum, terrarũ & locorum præfatæ Romañ. Ecclesiæ mediate uel immediate subiectorũ, mandantes ne de cætero perpetuis futuris temporibus aliquibus cuiuscũq; dignitatis & nobilitatis fuerint & ex quacũq; causa etiam a legibus non improbata locũ seu campum liberum ad duellum seu alias ad pugnan/dum tutũ,aut quomodolibet,assignent,concedant,seu tradant,aut assignari,concedi,seu tradi faciant uel per/mittãt sub excõmunicationis latæ sentẽtiæ & quatuor milium ducatorum Cameræ apostolicæ applicandorũ pœna pro qualibet uice incurrẽda,si huiusmodi consti/tutionis uiolatores ultra dictam primam uicem fuerint ultra dictas pœnas feudo, seu uicariatu quem a dicta Romañ.Ecclesia obtinuerint,priuatos fore apostolica authoritate,tenore præsentium p̃cipimus, mandamus,

atq; decernimus, non obstantibus quibuscunq; statutis & consuetudinib. priuilegiis, indultis, & cōcessionibus quauis authoritate æditis & quibusuis concessis, cæterisq; cōtrariis quibuscunq;. Volumus autem quod præsentes literæ nostræ postquā in ualuis Basilicæ Principis apostolorū, & in campo Floræ in urbe affixæ fuerint, omnes & singulos ciues Romañ. & alios ī urbe cōmorātes effluxis quindecim diebus, alios uero Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones & alios tēporales dominos & Vicarios, Cōmunitates & uniuersitates pfatos ciuitatum, terrarum & locorum sedi præfatæ mediate uel immediate subditorū decurso mense arctent & contrafaciētes pœnas præfatas incurrant in omnibus & per omnia perinde acsi eis omnibus & singulis contrafacientibus personaliter & particulariter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ dānationis, improbationis, prohibitionis statuti, præcepti mādati & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Romæ apud Sanctū Petrū Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo octauo, Sexto Cal. Martii Pōtificatus nostri anno Sexto. Cum autem sicut accepimus in eisdem literis contenta ab aliquo tempore citra non fuerint obseruata & ex eo quā plurimi Barones, domini temporales & alii præsertim eidem Romañ. Ecclesiæ subditi adeo procliuiores ad pugnandum in duello redditi sint, ut

passim quotidie singularia eiusmodi certamina ubiq; cōmitti uideātur, ac domini tēporales præfati, armorumq; duces eos ad id inuitare, quin potius irritare non formident, cum & in eorum territoriis & iurisdictionibus tutum pancratium, siue aream præparent, & talia cruenta spectacula exhibeant & illis comitiuā præstēt. Nos igitur non minus detestabilem in duello pugnantium, quā Ducū, Comitum, Marchionū, Baronū, Domicellorum & armorū Capitaneorū, aliorumq; dominorum temporalium eis ad id, auxilium, consiliū, & fauorem præstantiū nequitiam ac improbam eorū conscientiā reprobantes, qui ad ea uisendi conueniunt, corporum & animarū saluti Christifidelium opportunis remediis indefesso studio prospicere uolentes, literas Iulii prædecessoris præfati, Motu proprio & ex certa scientia nostra ac animi deliberatione, harum serie, authoritate apostolica approbamus, cōfirmamus & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, adiicientes & eadem authoritate apostolica statuētes, quod pugnantes ipsi non solum pœnis prædictis subiaceant, sed eorum memoria perpetuo damnata sit, ac bona proscripta sint, & Cameræ nostræ apostolicæ confiscata eo ipso, Duces quoque, Barones, Comites Marchiones, domini tēporales, Vicarii, Feudatarii, armorum Capitanei, Cōmunitates quoq; ciuitatū, terrarum & locorū eidē Romañ. Ecclesiæ mediate uel immediate subiectorū Campū ad pugnandū præstantes nequidem pœnas ꝑdictas incurrant, sed ab omni iure, quod in locis & territoriis suis obtinent, ipso facto ca-

dant,illudq; ad Camerā pfatam deuoluatur & deuolu/tum esse censeatur absq; alia declaratione desuper fa/cienda. Qui uero ad talia cruenta spectacula uidenda conuenerint, si nobiles,quingentorū,si mediocris for/tunæ, Cētū,si uero ignobilis, Vigintiquinque ducatoꝶ necnon excōmunicationis, & perpetuæ maledictionis pœnam incurrāt,ac locus ipse Ecclesiastico subiaceat interdicto, & insuper omnia & singula tam per Iulium prædecessorem statuta, & ut pfertur per nos confir/māta,& illis adiecta perpetuæ firmitatis robur obtine/re,ac inuiolabiliter obseruari debere decernimus.Quo circa uenerabili fratri Raphaeli Episcopo Ostieñ.Ca/merario nostro,ac dilectis filiis Præsidentibus,ac Cle/ricis dictæ Cameræ pro tempore existentibus, Motu simili mandamus,quatenus præsentes literas soléniter prout sibi uidet,publicari,ipsasq;,ac omnia & singula in eis contenta inuiolabiliter obseruari faciant,contra/facientes prædictas censuras, & pœnas damnabiliter incurrisse declarent,& summarie,& eorū Camerali mo re exequantur,& irremissibiliter exigant, conuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis,super qui/bus amplam eisdēm concedimus facultatem & pote/statem,non obstantibus omnibus supradictis,aut si ali/quibus communiter, uel diuisim ab apostolica sit sede indultū,quod interdici,suspēdi,uel excōmunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam,ac de uerbo ad uerbū de indulto huiusmo/di mentionem.Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā nostræ approbationis,confirmationis,innoua/

tionis, cõmunitionis, adiectionis, ſtatuti, decreti, man/ dati & conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pſumpſerit, indi gnationẽ omnipotentis Dei ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Romæ apud Sanctum Petrũ Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingẽteſimo decimonono, Decimo Cal. Auguſti Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis, cõmunitionis & decreti infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationẽ omnipotentis Dei ac beatorũ Petri & Pauli Apoſto/ lorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarna/ tionis Dñicæ Milleſimo quingenteſimo uigeſimo quarto, Idus Februa. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Olschti
con de vares